HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

plaudere amicis meis qui diabolo & demonibus dant
penitentiam. qd post multa tempora adno uisitentur.
S; considerent qd ndixerit apte scriptura diuina uisita
buntur adno uel uisitabunt ab angelis. s; absolute uisi
tabuntur: Ex qua ambiguitate ubi & remedium potest
intellegi & correptio. quod post quam iusti premia rece
perint illi impenis ppetuis uisitentur. & tamen scien
dum qd iudicium dei humana n possit scire fragilitas.
nec de penarum magnitudine atq; mensura ferre sen
tentiam. quę dni arbitrio derelicta est. Tunc erubescet lu
na & confundetur sol. iuxta illud qd apls ait. Et enim
creatura ipsa congemiscit & parturit. Cernent homines
qui suo fruebantur lumine nihil dignum dei bonitate
fecisse. qui solem suum oriri facit sup iustos & iniustos. quo
modo si dispensator & uilicus uemente dno cernat fami
liam uariis subici cruciatibus. & nequaquam sua impleisse
pcepta. De hoc eodem loco plenius saluator in euangelio
docet. Sol obscurabitur & luna ndabit lumen suum. & stel
lę cadent de celo & uirtutes celorum mouebuntur. quan
do apparuerit signum filii hominis in celo. & planxerint
se omnes trib terre & uiderint filium hominis uenientem
cum nubibus cęli in uirtute & claritate multa. Didicimus
subuersione terrę uisitationem militiae cęli congregatio
nem regum & principum in unam fascem & detrusionem in lacum
& custodiam carceris. & clausorum post longum tempus uisita
tionem ruborem lunę & confusionem solis. Post hęc omnia reg
nabit dns exercituum in monte syon & ierusalem celesti.
de qua & in epistola scribitur ad hebreos. Et in conspectu se
num suorum glorificabitur. qualis senex fuit abraham. qui
mortuus e in senectute bona & adpositus est ad patres suos.
quales iubetur a moysi presbyteros eligere. quos sciret esse